Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In paralipp primo ubi idem mifibosech meribaal legit. et interpretatur li
tigans cum altissimo. Litigatum enim cum altissimo idem do fuisse dicit
eo quod dauid reduxisset cum pace. Et quod autem idem mifibosech regi. et ea
cuncta accipiat per quae reuersus est dns mis rex in domum suam pa
cifice. Non hoc dixisse suspicatur gtulantem animo sed insultan
ti et quasi conuicium murmurantem eo quod dauid dns in pace re
duxisset. Et aut bethsellai ad regem. Quot sunt dies annorum uitae mae
ut ascenda cum rege hierlm. Est autem seruus tuus chamaa. In he
breo. Ecce seruus tuus chamaa ipse uadat tecum domine mi rex.
Chamaa interpretatur suspirans; quem diu cum patre permansit suspirans
uocatur et. Per quam ubi in doctrina dauid regis transit in chanaa
sed chamaa quod interpretatur fidelis appellatus est. Sermo dicitur inuetere
et puerbio. qui interrogant interrogent in abela et sic perficiunt. In he
breo non habetur pubio. Iste sermo sermo legis est inquiunt iubet domi
no per moysen utquando ingressuri sunt terram chanaan et gentes delenturi
primum pace offerant et si pax abeis receperint pace recipiantur tibu
tarii eorum efficerentur. et si pace non recipiant te a filiis israel deleantur.
Idcirco exclamasse mulier sapiens deciuitate fertur. Nonne ego
sum quae respondeo ueritate in israel. et tu quaeris subuertere ciuita
tem. Quare peripitas hereditatem dni. adsidiceret. Cur uis destru
ere ciuitatem hanc ante qua pace offeras interrogando sic in
lege iubet. Cur etiam non tandem legem in nobis israelitis seruas quae
in alienigenis olim seruata est. Redeuntque israelitici populi
ad dauid per interfectionem absalon. non in reditum poenis populi ad
xpm per interitum praua magistrorum significat. Seba qui filius bochri
qui populum seducendo ad dauid auertebat. quem melius quia er
rorem significat quem in synagoga iudaorum diutius dnabat. et aut
eratus audentem populum subuertebat. Interpretatur autem seba secta
ascendo non ascendendo. Bochri autem interpretatur primogenitus mis.

134.

5

5

D M

65.